



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

VIII. De Persona Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

uitam eternam gratis &c. ut dicitur Iohann. 1. Gaudiā & Veritas per Iesum Christum facta est.

III. Ab Obiecto. Lex iniustis posita est, uidelicet Epicureis & Hypocritis, quos accusat & condemnat. Euangelium uero proponendum est agentibus pœnitentiam & perterrefactis uoce Legis, & querentibus consolationem. Hæc discrimina consideranda sunt, ut accuratis & perspicuis limitibus hæc duo genera doctrinæ, Lex & Euangelium discernantur, Quorum confusio perpetuis tenebris tam Ecclesiam inuoluit.

### VIII.

## DE PERSONA Christi.

Luculenta descriptio Persona CHRISTI in uerbis primæ promissionis extruitur. Semen enim perpetua phrasij scripturæ significat naturam humanam, integrum, & habentem omnes uires ac petitiones naturæ humanæ proprias. Doeet igitur hæc particula promissum liberatorem assumitum esse naturam humanam. Cumq; mulieris Semen uiceretur, manifestum est eum sine commixtione uirginis Spiritus sancti efficacia concipiendum, & ex uirgine nasciturum esse, ut Esaias hanc particulam interpretatur cap. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et Gal. 4

inqui  
misit  
haud  
tur, S  
D  
uina  
Hinc  
re cap  
tur, d  
Conte  
mens.

D  
Id  
de Se  
rendis  
suum  
catore  
iusta c  
stentia  
nem e  
inqui

inquit Paulus : Postquam uenit plenitudo temporis,  
misit Deus F I L I V M suum , natum ex Muliere,  
hanc dubie hanc promissionem intuens, in qua dici-  
tur, Semen mulieris conteret caput serpentis.

Desribitur in hac promissione etiam natura di-  
uina Christi, cum inquit, Conteret caput serpentis.  
Hinc firmissimè ratiocinamur à Proprio. Contere-  
re caput serpentis, hoc est, ut Iohannes interpreta-  
tur, destruere opera Diaboli, seu ut Paulus inquit,  
Conterere Sathanam sub pedibus, est proprium im-  
mensæ potentiae & diuinae nature .

Hic promissus liberator conteret caput Ser-  
pentis,  
Ergo est uere & natura Deus .

### I X.

## D E   B E N E F I C I I S Christi, & de Applica- tione.

Ideo reuelata est primis Parentibus promissio  
de Semine contrituro caput Serpentis, ut in hora-  
rendis paucoribus ortus ex sensu iræ Dei aduersus  
suum lapsum, scirent, F I L I V M factum esse depre-  
catorum pro genere humano, & fore placatorem  
iuste & ingentis iræ Dei, & hac consolatione se fu-  
stantarent . Sic enim ante promulgatam promissio-  
nem ex Lege ratiocinabantur .

K   s   Regula